

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

Conceptionis B. Mariæ Virginis festo Paraphrasis in lectionem Ecclesiast.
XXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

te Dominus Deus tuus, ideo merendi, placandi ei atque coronandi te, pro eiusmodi bonis occasione tibi mittit. Imitare igitur misericordiam sanctissimi Nicolai, ut inuenias tu quoque misericordiam Christi, qui est cum Patre & Spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

IN SOLENNITATE CONCEPTIONIS
Gloriosissimæ semper Virginis Mariæ, lectio
Ecclesiast. XXIIII.

Goquasi viris fructificari suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sancte spei. In me gratia omnis vita & veritatis, in me omnis spes vita & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & suum. Memoriam eam in generatione seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sient. Qui audiunt me, non confundentur, & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam eternam habebunt.

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIENEM.

Verba huius lectionis charissimi, quamvis de increata, æternaque sapientia scripta sint & intelligentur, applicantur tamen per spiritualem significationem, beatissimæ semper Virginis Mariæ, id est vsu & autoritate Ecclesiæ catholicæ, quæ non errat nec fallitur, quia doctorem & reatorem sui habet Spiritum sanctum, qui idem auctor est totius sacrae scripturae, cuius varia esse multiplicesque intelligentias nemo nescit, qui vel aliquid norit. Itaque & nos matris Ecclesiæ irrefragabili autoritate subnixi, sanctosque patres diuinorum scriptorum interpres vel tractatores, secure sectantes, lice: hodie improbi quidam vel alioqui nimium rudes putent quæ de Christo scribuntur, alijs applicari non debere, totam hanc lectionem matri virgini libenter applicabimus: siquidem & sancta mater Ecclesia in diuinis officijs, multa de Christo scripta nedum matri, sed & ceteris Christi membris scienter sapienter quæ accommodare non dubitat, certa quæ capiti conueniant, ea facile posse etiam membris adiungi, quamvis aliter capiti, aliter membris congruant. Si quis hac de re dubitat legat sanctorum patrum monumenta, & illorum testimonij verum nos dicere probabit. Sed his propter improbos aut insulso quosdam obiter premisis, ad ipsius lectionis interpretationem nos accingamus. Dicit itaque B. Maria, quæ nullus omnino innocentia, sanctitate puritateque ad æternam & incrementam sapientiam proprius accedit. Ego quasi viris fructificari suavitatem odoris. Ego produxi fructum suavitatis Christum Dei Filium, qui suavitatem est odoris, ut pote olfactum spiritualem interioris hominis suauiter recreans, potenter alliciens, ac vehementer oblectans. Quomodo enim fructum suavem, bonum ac viridem profert vritis odorifera vel dum floret, vel dum fructus producit, vel dum vino inebriat, ita ego ancilla Domini, ad hoc à Deo, cuius

Maria quam
recte compa-
retur viti.

Luca 2.

eius misericordia me præueniente, electa, Christum, qui flos est in incarnatione, botrus in passione torculari crucis expressus, ynoq; inebrians coelicæ suauitatis, genui. Aut ita: Ego quasi vitis fructificauit, id est, fructum dedi, aut produxi odoriferum suauemq; qui fructus est odor bona famæ (quia euulgata sum Dei vera esse mater) & innocentis vita meæ, dispergens se circum-
quaque, & neminem non excitans, quin ex tam ingenti beneficio intelligat potissima & præminentissima gratiarum dona propterea mihi diuinitus concessa. Quis enim non videt quanta sit bonitas & misericordia Dei, qui matrem sibi elegit, eam dignam fecit, tot, tantisq; gratijs eandem dotauit,
propterea quod ex ea vellet nasci? Est enim locutionis modus quidam, quo
& Paulus veitur Corinthijs scribens: *Gratias Dco, qui per nos odorem nostrum, sive manifestat.* Et in Canticis: *Curremus in odore vnguentorum tuorum.* Itaque, ego
quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, aut ex bona fama, & virtute, aut
quia odoriferum fructum Christum peperi. Et flores mei fructus, honoris
& honestatis. Florem præcedere fructum nemo ignorat. Maria autem hic
dicit, flores quoque suos esse quosdam fructus sanctissimæ & lucidissimæ cō-
templationis, affectiones purissimas ac feruentissimas, venustissimos deni-
que mores, actiones ædificatorias, verba sapientissima: postremo, omnia fig-
na motus ac gestus virginalis verecundia in Maria beatissima Virgine ita
erant flores, vt nihilominus essent fructus quoque honoris & honestatis. Ita
enim omnia in Deum erecta, ita Deo suauiter erant placentia, ita deniq; ad
Dei amorem, ad virtutum quoq; studium erant singula beata Mariz cōuer-
sa, ita vel minima quæq; erant, sive in moribus, sive in verbis beatæ Mariz ad
Dei amorem excitatiua, ædificatoriaq; vt merito ea, quæ in alijs sanctis dice-
rentur flores, in hac dicantur electissima Dei virgine fructus honoris & ho-
nestatis. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis, & sanctæ
spei. Ex Maria virgine tanquam ex origine virtutum hæc in nobis non ge-
nerant, nec infunduntur (quia Dei solius hoc opus est) sed quia ipsa hæc filijs
Dei imperat, imperatraq; dispensat, tanquam ea cui regnum misericordiæ
sue Deus commisit, vt sit ipsa Dei nomine in omnes qui inuocant Deum, aut
qui etiam inuocat ipsam propter Deum, tanquam Dei, eiusq; donorum dis-
pensatrix, mater, hoc est, imperatrica pulchræ dilectionis, & timoris, & ag-
nitionis, & sanctæ spei. Aut ita: Ego mater sum pulchræ dilectionis, id est, e-
go sum mater ipsa eius, in quo est, & à quo procedit pulchra dilectio. Ego sum
quæ genui eū, in quo fons est & scaturigo pulchræ dilectionis. In me, ex col-
latione & ex autoritate filij mei est potestas imperandi gratiam omnem vi-
tae & veritatis, hoc est, spiritualis, virtuosæq; virtæ. In me ex commissione est
filij mei, tanquam in dispensatrice, omnis spes viæ & virtutis. Transite ab
affectu rerum mundanarum, ad amorem virtutum, & venite ad me omnes
qui concupiscitis me, id est, qui ex desiderio diligitis me, qui meam intereu-
tionem intercessionem & opem desideratis: & à generationibus meis im-
plemini. Generationes suas beatissima virgo Maria, vocat operationes suas
sanctas, quæ ex ea veluti fructus prodierunt, nos reficienes. Spiritus enim
meus super mel dulcis est in seipso, suavis ac quietus, quoniā gustantibus me, qui sunt.
ac dona mihi à Deo collata participantibus mentem exhibeo affectuosam,
piam ac suauem. Et hæreditas mea, id est, spiritualia bona gratiarū, quæ Deu-
s aman-

Cor. 2.
Cant. 1.Flores B. Ma-
riae qui quales
fuerint fructus.Quomodo
Maria intel-
ligenda sit
pulchra dile-
ctionis esse
mater.Generatio-
nes B. Mariæ
(spiritualiter
sunt)
Hæreditas
veni a man-
tuum quæ sit.

amantibus hæreditas sunt, quippe qui terrena contemnunt, hæc super mel & fauum dulcia sunt. Memoria mea nunquam peribit, sed manebit in generatione seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Hoc est, qui gustant experientur my meam benignitatem, benevolentiam, amorem, qui experientur meam, hoc est, eam per me tanquam per gratiarum Dominicarum dispensatricem, elargitionem clementissimam, non fatigabuntur, nec fastidium bonorum diuinorum, sed magis famem & sciam habebunt. Qui meis exhortationibus atque consilijs obtemperans, audit me ad timorem & amorem filij mei, tam verbo, quam exemplo inuitantem, nō confundetur, sed consequetur salutem. Qui operantur in me, id est, iuxta meam conuersationem exemplarem viuentes, non peccabunt in eo scilicet quod me imitantur. Qui elucidant me, hoc est, qui gloriam meam, qui gratias & dona mihi à Deo collata alijs insinuant ac manifestant, vitam æternam habebunt.

*EXEGESIS EVANGELII SOLENNITATIS
eiusdem, Matthaei I.*

FILIVS DEI, qui de honorandis parentibus legem tulit, matrem suam nedum in triumphante, sed etiam militante ecclesia mirifice exaltauit, reddiditque eam summè venerabilem, multosq; per anni circulum solemnes dies in eius honorem fecit institui & celebrari, idque adeo, ut etiam diem conceptionis eius non sine nutu diuino colat Ecclesia catholica, nihil dubitans, quin sicut Omnipotens Deus facile potuerit pro sua virtute, ita & optimè nouerit pro sua sapientia, & conuenientissime ac libentissime voluerit pro sua bonitate eam, que futura erat Dei veri vera genitrix, præ cunctis creaturis singulariter ac præcipue honorare, & ab omni omnino præseruam cuiuslibet culpæ macula, summis & excellentissimis decorare charismatisbus. Itaque hodie festum agimus diem conceptionis virginis sacrae, in quo Euangelium recitatur ex Matthaei primo cap. desumptum, quod nos modo exponemus.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

Scripturus generationem Iesu Christi Euangelista, librum vocat generationis Euangelium suum, quamvis nō sola generatio Christi, veruni etiam

*Euangelium
suum cur Mat-
thaeus librum
vocet gene-
rationis Iesu
Christi.*

*Matth. 22.
Christus vix
habitus fu-
erit ab omni-
bus penè si-
bus Dauid.
Matth. 5.
Matth. 21.*

totius vitæ eius cursus, passio & resurrectio describatur. Hoc autem eam ob rem fecisse creditur, quod caput principiumq; nostræ redēptionis, nostræq; salutis fuerit incarnatione Christi. Iustè igitur ab incarnatione, seu à Christi generatione liber Euāgelij inscribitur, quia omni admiratione plenissimum est, quod Deus homo factus est. Nominat autem Christum primo filium Dauid, quam Abrahæ, licet generatione & ordine Abrahami prior fuit, quam Dauid, quia vulgarissimum erat apud omnes, Christum ex semine Dauid esse nasciturum. Vnde Pharisæos cum interrogaret Dominus de Christo, cuius filius esset, dicunt ei: Dauid. In omninem itaq; ore versabatur, Christum filium esse ex Dauid natūrum, adeo ut mulier quoque Chanaonæ de finibus suis egressa, dum salutem posceret filiæ suæ, diceret: Miserere mei filii Dauid, quoniam filia mea maior a demonio vexatur. Pueri quoque in templo cantarent: O Janna filio Dauid. Multo namq; vicinior recentiorque erat promissio.

missio David, quam Abraham facta. His autem ex omnibus certior, & præcipua de Christo est facta promissio. Siquidem Abraham dictum est: In semine Genes. 22.
tuo benedicentur omnes gentes. In semine non immediate ex Abraham nato
sed deriuato, & ex filia Abraham immaculatissima virginie Maria nato. Por-
ro, David promissus est Christus, quando dictum est illi: De fructu ventris tui Psalm. 131.
ponam super sedem tuam. Dixi autem potissimum his duobus promissionem fa-
ctam, tanquam his qui opinatissimæ præceteris fuerint sanctitatis & digni-
tatis. Nam Abraham primogenitus Thare fuit sacerdos altissimi, non eo ri-
tu, ut postea in lege scripta: sed quomodo sub lege naturæ eo tempore usque Abraham &
ad Isaac perhibentur primogeniti fuisse sacerdotes, benedictionem à patri- Isaac quo ri-
bus præ alijs præcipuum accipiētes. Hoc modo Abraham & Isaac in linea ge- ceroles,
nerationis Domini sacerdotes fuerūt. David vero rex præ alijs nominatur.

Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob au-
tem genuit Iudam & fratres eius.

Abraham Isaac genuit supernaturaliter ex Sara coniuge, ideo dicitur per Gene. 21.
repromissionem genitus Isaac. Fecunditatis namque duplex habuit eius Galat. 3. 4.
mater impedimentum. Erat natura sterilis: erat præterea iam ex scaio in-
fœcunda atque inepta ad conceptum. Quocirca diuina effectum est virtute, Genes. 11.
vi fecunda efficeretur Sara Isaac filium conceptus: quo clarius intelligere- Genes. 11.
tur Christum figurare, quo grandiori miraculo fuisset conceptus. Hoc mo-
do Jacob quoque ex sterili natus est. Scriptum namque est, quod Isaac ad Gen. 5.
precandum Dominum se contulerit pro vxore infœcunda, ut conciperet. Isaac & Ja-
cob cur re-
pœnitionis
promissionis
dicente Domino ad Abraham, Tibi dabo vocetur filii.
Gen. 12. 13.
Vnde Isaac, quem generauit Abraham, & Jacob quem Isaac genuerat, filij terram hæreditatem terræ repromissionis suscepserunt, quæ significabat cælestem repromissio- Gen. 12. 13.
nem, terram videlicet, viuentium, in qua bona Domini se visurum S. pro-
pheta quoque creditit: sed etiam ob hoc filij promissionis vocantur, quod
non tam usu humano, quam dono cælesti, quod geniti sint, prouenerit. Psalm. 16.
Isaac quoque genuit Jacob. Et hic Jacob sacerdos fuisse creditur, induitus ve- Gene. 5.
stibus Esau valde bonis, dum benedictionem à patre aciperet Esau primo- Genes. 7.
geniti: cui si non vendidisset, iura primogeniturae, dehebantur. Fuit autem Jacob quo- modo fuerit
Iacob & Ia-
cob cur re-
pœnitionis
promissionis
dicente Domino ad Abraham, Tibi dabo vocetur filii.
Gen. 12. 13.
Iacob vir simplex & innocens, visionem crebro habens angelorum, qui no-
minis mutatione ab Angelo sancto vocatus est Israel. Hic moriturus de-
Christo multa prophetauit, filiosq; suos benedicens, sanctissimum vitæ fi- Genes 21.
nem habuit. Esau autem nulla hic mentio fit, quia nihil erant eius posteri Simplicitas
cum Israelitarum gente ac genere, è quo Christi generationis linea deriuatur, habituri commune. Quod genus in sequenti mox generatione exprimitur, Gen. 31. 15.
quando dicit: Iacob autem genuit Iudam & fratres eius, duo decim scilicet patriarchas. Gen. 49. 19.
Iudas iste non primogenitus fuit, sed quartus filius Jacob, Iuda tribus
hicitamē fratribus suis præponitur, propterea quod ex eius semine Christus priuilegia
fuerit natus. Habuit nihilominus tribus ex Iuda nata præ alijs hanc clarita- vade fluxe-
tem, quod ex ea reges orti sint, cultusq; Dei deuotior perseverauerit in tribu runt.
Iude, quam in reliquis tribibus. 3. Reg. 12.

Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares

f 2 autem

autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason.

Genes. 38.

Quomodo Iuda Phares & Zaram pepererit Thamar, liber indicat Gene-
seos. Narrat enim Thamar nurum Iudæ mutatis vestibus meretricem ex-
stigmatam, & à socero cognitam concepisse. Quia cum Iudas dare nolleat Se-
lam filium suum Thamar in maritum, qui fratribus suorum sine prolibus
defunctorum semen suscitat, Thamar in via, qua Iudam sciuat transitū
mutato habitu sedet (desiderabat enim de sanctorum semine prolem conci-
pere.) Ille igitur nesciens hanc nurum suam esse, concubuit cum ea & gemi-
nos hos generauit. Iraque Thamar hos quidem ex fornicatione accepit, non
tamen hæc nebula fornicationis claritatem generationis obfuscat Christi,
sed illustrat magis, & misericordissimam eius prædicat erga nos dignationē,
quod non solum pro peccatoribus incarnari, sed etiam de peccatoribus na-
sci dignatus est. Idcirco cum nullam, vt Hieronymus ait, sanctarum posuisset
mulierum in linea generationis Matthæus, non erubuit tamen nomina earu-
matrum inserere, quas scriptura reprehendit. Nam vt ex posterioribus erit
manifestum, Rahab quoq[ue] ponitur & Bethsabee, & Ruth Moabitæ, quæ mu-
lier licet esset virtutis, alienigena ramen erat, quæ in Ecclesia Domini intra-
re eriam post decimam generationem lex prohibebat. Quapropter D. Chry-
ostomus ait: Si nudi tantum hominis genus describeretur, merito has Eu-
gelistæ reticuissent. Quia verè de incarnati mysterio Dei scribitur, non me-
do non rascere, verum etiam ostentare debemus. Venit enim non vt nostra
effugeret opprobria, sed vt ea potius extingueret. Quare omnia opprobria
quæ propter eos sustinuit, illum nobis non modo no reddunt probrosum,
sed magis gloriosum ex misericordia. Docet quoque in ipso Euangelij vesti-
bulo nobis non gloriam in parentibus, sed proprijs virtutibus. Itaq[ue] Iu-
das genuit Phares. Hic Phares cum patre suo Iuda ingressus est Aegyptum,
vbi genuit Esrom. Esrom quoque ibidem genuit Aram, & Aram Aminadab
Aminadab quoque in Aegypto genuit Naason. Sed vt ergo tam pater, quam
filius cum Mose Aegyptum egressus est. Hic est Aminadab, de quo referunt
delitas & ma-
Hebræi quod mari rubro diuiso, cum Mofes ingredetur, nemo aliarū tri-
gnanimitas. buum mox sequi ausus fuerit, donec Aminadab cum tribu sua, in qua præ-
cipuus erat, securus sit, deinde etiam aliæ tribus sint securæ.

Naason autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz
de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem
genuit Iesse.

Num. 7.
Exod. 6.
Ruth 4.
Iosue 2.
Iosue 6.

Naason princeps fuit tribus Iudæ, de quo in Numeris legimus, cuius so-
ror El-sabeth vxor fuit Aaron sacerdos. Salmon autem genuit Booz de
Rahab: & Booz genuit Obed ex Ruth. Hic est Salmon qui cum Iosue terram
intravit promissionis. Porro, Rahab meretrix erat urbis Hiericho, quæ
exploratores à Iosue missos suscepit, & abscondit, atque per fenestram
domus quæ habebat iuxta ex ciuitate Hiericho, emisit. Deinde capta urbe cù
propinquis amicisq[ue] suis omnibus quotquot illa saluari voluit, & in domo
sua cotinuit, māsit ex omnibus incolis oppidi illius salua. Hinc ad Iudaismū
relicta.

relicta gentilitate conuersa fuit, probataq; vitæ: ob quam rem à Salmone creditur desponsata. Sunt qui Rahab meretrice non fuisse putant, licet sic <sup>Rahab non
fuisse mere-
tricem.</sup> cognominata fuerit. Aiunt enim in Hebreo poni hospitrat' cem. De Booz in historia Ruth legitur, vbi quod vir syncerus, iustus, castusq; ac timoratus fuerit insinuator. Ruth verò Moabitis alium habuerat maritum filium Nohemi, quæ Nohemi, ob famem extra Iudæos ad alienigenas peregrinata fuerat. Ruth itaque socrum suam marito defuncto diligens, eidemq; adhærens reuertentem ad terrā Iudæ comitata est. Ibiq; cum mulier esset virtutis, à Booz opulentō in uxorem duxa est. Erat autem, vt dictum est, alienigena, utpote Moabitis. Quare non tam pro se, quām etiam contra se legem habuit Domini. Nam lex Mosaica, Ammonites & Moabites excludebat ab Ecclesia Iudæorum penitus. Ex hac parte non erat recipienda in societatem aut communionem filiorum Israel. Ex alia autem parte, quoniam ex terra Iudæ priorem habuerit maritum, absque prole defunctum ei hoc concedebatur. Lex enim prioris mariti fratrem aut propinquum in mari- ^{Deuter. 25.} tum ad suscitandum defuncti fratri aut propinqui semen concessit. Hæc i- gitur lex iterum succurrerit, vt non solum in ecclesiam Domini intraret, sed etiam in consanguinitatem Christi, utpote quæ secunda generatione genu- <sup>Ruth contra
legē vii ma-
ter regū lu-
dizorum ef-
fecta sit.</sup> erat David regem. Est itaque non solum in Ecclesiam Iudæorum ingressa, sed etiam mater regum effecta. Huius autem gratiæ se fecit dignam, puta vt tali nobilitaretur connubio, quia patriam, cognatos, amicos, parentes festa sit. & domum suam reliquit, ad Deum Israel cum sua socrū confugiens. De his duabus matribus Rahab & Ruth Chrysostomus ait: Vides, inquit, quia non Chrysost. frustra Rahab & Ruth Euangelista intulit mentionem? quarum vnam alienigenam, alteram etiam meretrice fuisse constat: sed vt disceres idcirco venisse Christum, vt mala nostra deleret omnia. Non enim quasi iudex, sed quasi medicus aduenit. Sicut igitur illi de quibus secundum carnem natus est, coniuges suscepere meretrices: sic etiam ille fornicatricem hominum naturam sibi copulauit.

Iesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa, Asa autem genuit Iosaphat.

Supra dictum est Booz ex Ruth Moabiti de Obed generasse: Obed vero ^{Ruth 4.} Iesse, qui David genuit regem. Est autem Iesse trinomius. Siquidem voca- ^{1 Reg. 16.} tus est Isai in primo libro Regum, & vocatur hic Iesse, de quo Esaias loqui- <sup>Iesse omen
triplex.
Esai 11.</sup> tur propheta: Egressa virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet. Fuit <sup>David regem
Euangelica
ta fuisse perfe-
ctione in-
signem.</sup> alio quoque nomine vocatus Nahas. Hic itaque genuit David regem omnium filiorum minimum. David iste mira fuit pietate in Deum deuotus, vir Euangelica perfectione insignis. Nam persecutori suo ac hosti Sauli, cum illum in manus suas tradidisset Dominus, David non semel pèpercit, vitam fuisse perfe- donauit; omni iniuria abstinuit, illum adorauit, humiliansq; honorauit, se pulicè, canem mortuum ac perdicem nominans. Imo postquam in duo crimina grauius labi permisus est, homicidij scilicet, & adulterij, & poeni- <sup>1 Reg. 15.
2 Reg. 6.
2 Reg. 11.
2 Reg. 4.</sup> tens Deo reconciliatus est, quantum humiliauit se erga blasphemum Semei, ^{fibi,}

Mansuetudinis quamvis fuerit Dauid ergo suos inimicos. 2. Reg. 15. sibi, hoc est, Dauid regi insultantem? Certè quamvis rex esset, nullam tam maledicentia vicem in illum retulit, sed ne militem quidem vleisti regis iniuriam volentem permisit, sed eundem compescens: Dimitte, inquit, et maledicat Dauid. Forsan Dominus respiciet humilitatem meam, & reddet mihi benedictionem pro maledictione hac hodierna. Deniq; Absolone filium fugiens, cum arcam Domini sacerdos sumere cum Dauid vellet, qua deuotissimus vir magis solarecur fugam suam, non est passus rex sanctus ut educeretur arca, sed dimittit, inquit eam. Si propitius est mihi Dominus, ostenderet eam mihi iterum. Quod si nse reiecerit, dicens: Non places: Dominus est, quod bonū in conspectu suo videbitur, faciat. Vide igitur quam humilis & mansuetus, quam pius & Deo deuotus vir fuerit, adeo ut Dominus de eo dixisse legatur: *Inueni virum secundum cor meum.*

Hic itaque genuit Salomonem ex ea qua fuerat vxor Vrize, hoc est, ex Bethsabee. Non tamen hic erat puer, qui per adulterium natus est Salomon (siquidem puer ille infans obiit) sed omnibus fuit filius Dauid ex Bethsabee (ut quidam volunt) iunior. Post mortem namque Vrize, Dauid Bethsabee accepit vxorem. Ex qua quatuor filios recepit, puta Samma, Sobab, Nathan & Salomonem. Fuit itaque Salomon omnium iunior, fratrem habens Nathan ex utroque parente per generationem carnis, non ut quidam mentiuntur per adoptionem Dauidis, qui illum filium Vrize cum Bethsabee eius matre, dum coniugem sibi copularat eandem, in filium sumpsisset adoptiuū.

Quin potius (ut Philo assertus, cuique Hieronymus consentit) Nathan frater fuit Salomonis ex utroque parente. Nam nisi fuisset, quomodo Christus fuisset: Pilius Dauid, posteritate Salomonis deficiente, quam Lucas ascendendo per lineam Nathan dicit vique ad Dauid? Dauid namque cum primogenitus eius Amnon fuisset occisus, Absolon quoque interemptus, subsecutus est discordia filiorum discordantium, in regno quis patri succederet, iurauit, hoc est, decreto firmauit, quod minimus ex Bethsabee post se regnare inciperet cum sua posteritate, si quam haberet. Ea autem deficiente, succederet posteritas Nathan qui proximus natu fuerat Salomoni, utpote præter Salomonem inter fratres suos ex matre Bethsabee iunior. Quod & Bethsabee Dauid postea promisit, se non reuocaturum, quando Adoniam à præsumpto propterea regno depositus, sic dicens: *Sicut iurauit tibi per Dominum.* Per Dominum, inquit, quo intelligas Domino hoc iuramentum Dauidis placuisse, atque non ex amore carnali Bethsabee, sed ex beneplacito atque constituto diuino emissum. Ergo sicut iurauit tibi, inquit, per Dominum Deum Israel, ita fieri: utpote id quod iurauit, & quod tu desideras impleri, ut Salomon filius tuus regnet super solio meo. Nam diuina iussione hoc gestum in Paralipomenon primo libro Dauid testatur, dum moritrus principibus loquitur, dicens: *Dominus elegit Salomonem filium meum, ut succederet super solium meum.* Huius posteritas Salomonis defecit in Ochozia, qui filii naturalē non habuit. Itaque Ochozias ex sola posteritate relictus erat Salomonis. Quo non habente filium, eoq; interempro, Athalia conata est omne semen regium occidere, puta quod ex linea Nathan fratri Salomonis supererat, & illius stirpi regiaq; dignitati in regno succedere debebat. Seruatus est tamē Elich, aut Eliakin ex Ahrasarim ex stirpe Nathan ortus: qui

1. Paral. 28.
Salomonis posteritas quando defecit.
4. Reg. 11.

qui sic dicebatur, utpote donati lege ac iure successionis in regno: & voca-
bantur filij ac fratres principis. Vide Breuiarium Philonis. Hic autem E-
liach, & Eliakim cognominatus est Iosas à Iozabeth sorore Ochoziæ. Nam
persecutioni Athalæ fuit subtraetus, & seruatus. Hic primus (ut dixi ex ca-
thena seu linea Nathan filij Dauid descendens) non tamen putas illum fu-
isse Nathan, qui propheta dicitur & fæcere, sed filium Dauid rex Iudeæ
est institutus, iuxta decretum Dauid. Itaque Dauid genuit Salomonem, qui
regnauit sapiens, pius atque deuotus Deo in principio: in fine tamen per
mulieres depravatum est cor eius. Ex Salomone natus est Roboam, qui du-
rè loquens plibi, atque cum austerritate imperans, decem tribus ut à se de-
ficerent, anfam præbuit. Ex Roboam Abia: ex Abia Asa: ex Asa vero Iosa-
phat natus est. Hi duo reges Asa & Iosaphat inter pios & bonos reges nume-
rantur, licet reprehensione non careant.

^{1. Reg. 11.}^{2. Reg. 12.}^{3. Reg. 5.}^{2. Paral. 14.}^{3. Reg. 5.}^{3. Reg. 22.}

Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Ozia-
m. Ozias autem genuit Ioathan. Ioathan autem genuit A-
chaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem ge-
nuit Manassen.

Iosaphat genuit Ioram virū prauū, qui filiā Achab & Iezabel pessimæ ac ^{4. Reg. 1.}
Gentilis fœminæ accepit vxorē, qui fratres suos occidit: nec Helia est incre-
pationibus correctus. Hic Ioram dicitur hic genuisse Oziam, licet secundum hi-
storiarē veritatem, ut Regū libri restantur, genuerit immediatè Ochoziām. ^{2. Paral. 22.}
Ochozias vero genuit Iosas. Et Iosas genuit Amasiā. Amasis vero genuit Ozi-
am. Tres igitur reges intermedii ab Euangelista intermissi sunt. Cuius ra-
tionem Hieronymus, Hilarius & Chrysostomus assignant, quod hoc pro ^{Hieron..}
pterea factū sit, quia Ioram semini misericordia impeditissimæ Iezabel, cuius filiā ^{Hilarius.}
acceperat vxorem: ideo eius posteritas usque ad quartā generationem abij-
cit, ne in Christi sanctā generationis ordine colloetur. Hic Ozias tumi-
dus, cùm sibi officium miteretur usurpare fæcere, à Deo lepra in fronte
percussus est. Sentiens autem leprā mox de templo festiuauit exire, quia intel-
ligebat Domini plagam: idcirco creditur pœnituisse. Genuit is autem Ioa-
than, qui patreviuento seorsum propter lepram, gubernauit interea palati-
um viri iustus. Hic genuit Achaz, virum reprobum Achaz autem genuit E-
zechiam virum optimum, religiosum at Deum timentem, adeo ut de illo ^{4. Reg. 15.}
quartus Regum liber dicat, quod nec ante, nec post eum aliquis fuerit Regū ^{4. Reg. 16.}
ei similis. Hic genuit Manassen. Postquam infirmus lecto decubuerat flens ^{4. Reg. 17.}
& Dominum orans. (Nam oranti adiecit ei ad viuendum Dominus quin-
decim annos) interim genuit Manassen. Vnde volunt Ezechiam non hor-
ror mortis aut metu fleuisse, sed propterea tantum, quod non relitto semi-
nemori deberet, quo fieret ut è semine suo non nasceretur Christus, fru-
straret hanc spē promissionis patribus olim à Deo facta.

^{4. Reg. 20.}^{Ezechias rex}^{propter quā}^{frustrarēt}^{fle-}^{uerit.}

Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosia. Iosi-
as autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione
Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias
genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

f 4 Manas-

4. Reg. 12.
 1. Para. 31.
 4. Reg. 22.
 2. Para. 14.
 4. Reg. 23.
 Hieremias
 quo tempore
 orsus fit
 prophetate.
 Lecle. 49.
 4. Reg. 15.
 2. Para. 20.
 Hierow.
 Iechoniam
 fuisse multi-
 nominata.
 Joachin.
 4. Regi. 13.
 Hierem. 37.
 &c 52.
 Elich.
 Neri.
 Luce 3.
 Psam 87.
 Philo.
 Psalm. 88.
 Salathiel
 quis fuerit.
 Zorobabel
 quis fuerit,
 & unde sic
 dictus sit.
 Lucas 4.
 Reges quin
 plura nomi
 na habuerunt.
 Manasses iste vir fuit flagitosus, quāuis ex sancto patre genitus, & Hierum sanguine repleuisse vsque ad os scribitur. Captus tamen à rege Assyriorum & in carcerem coniectus, inter vincula vehementer pœnituit, Deumq; inuocans liberatur, & regno restituitur. Hic genuit Amon: qui patrem suum in sceleribus, non in pœnitentia delictorum est imitatus. Hic virum sanctissimum Iosiam genuit. Siquidem cūm octo duntaxat esset annorum Iosias, ccepit querere Dominum. Sub hoc Hieremias quoque orsus est vaticinari. De hoc Iosias Ecclesiasticus loquens, dicit: Memoria Iosiae in compositione odoris, facta opus pigmentarij, in omnium ore quasi mel inducitur, & vt musica in conuiuio vini. Hic Iosias, inquit Matthēus genuit lechoniam & illius fratres in transmigratione Babylonis, hoc est, immidente transmigratione Iudeorum in Chaldaeam, cuius fuit regia ac metropolis Babylon. Hic Iechonias filius Iosiae, pater est alterius Iechonie, qui post transmigrationem genuit Salathiel. Vnde secundum Hieronymum, intermissa est hic generatio, scriptorum vitio, quod ex quarto Regum & secundo Paralippomenon libris probatur. Vbi is, qui Iechonias nominatur, natus in transmigratione Babylonis vocatur Ioakim. Quapropter Hieronymus: Scimus, inquit, Iechoniam priorem ipsum esse, quem & Ioakim: secundum verò filium, non patrem. Quorum prior per k & m, hoc est, Ioakim: sequens verò, per ch, & n, hoc est Joachin scribitur. Fuit itaque Iechonias idem, qui & Ioakim, qui filium genuit Joachin post se regnante. Hic tandem sponte se tradidit Nabuchodonosor, abductus in Babylonem. Vbi contra iusurandum, hoc est contra datam fidem Nabuchodonosor, cum eum posuisset in carcerem, post annos multos tandem à filio huius magni Nabuchodonosor Euilmerodach est liberatus & honoratus valde. Fuit autem & aliud ei nomen, quo vocatus est Elich: sed post liberationem eius ex carcere, vocatus est Neri, quomodo à Luca quoque nominatur. Timebatur autem lucernam ex stirpe Dauid extingui in Israel. Ideo dum in carcere esset, editus pro eo fertur & cantatur Psalmus octuagesimus septimus: Domine Deus salutis mea. Dum vero esset liberatus, in gratiarum actionem teste Philone, editus est & decantatus Psalmus qui sequitur octuagesimus octauus. Misericordias Domini, &c. Cui ex carcere liberato, mox datus est à Deo filius proprio nomine vocatus Mezizebel, cognomine vero Salathiel, qui genuit filium Barachiam, qui dictus est à principatu Zorobabel, id est, princeps captiuitatis Babel. Hic Zorobabel genuit Resa quem, Lucas nominat. Observandū enim est, quod ferè omnes qui post Iosas primum regē ex linea Nathan deficiente stirpe Salomonis regnarūt, atque ipse Iosas aut binomij aut trinomij fuere. Nam & hic in vicinioribus idem est qui Joachim: & à Philone Elich: & Neri, tam à Philone, quam à Luca: & hic in Matthēo Iechonias nominatus est. Idem & Mesizebel aut Mesizehel & Salathiel. Barachias quoque & Zorobabel idem est vir.

Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch, Sadoch autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit

nuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob.

Deficiente nobis scriptura sacra ac certissima historia, vnde probari possint hæc generationes, nihil à nobis dici potest, nisi quomodo Euangeli-
sta dicit, & intelligi voluit generationes has sibi inuicem fuisse succeden-
tes. Scriptis enim his qui illo tempore viuebant, quibus ignotum non erat,
qua linea quorunque nominibus Maria ex semine Dauid deducere-
tur. Hoc enim erat necessarium, si verè recteque Christus natus ex semine Da-
uid deberet dici. Hoc, inquam necessarium est Mariam fuisse ex Dauidica
stirpe natam. Alioqui Christus non esset filius Dauid. Neque enim satis
foret Ioseph ex Dauid deductum, si non Maria quoque fuerit filia Daui-
dis, ex qua sola Iesus Dei Filius carnem suscepit. Itaque minor fuit solici-
tudo, quam ut clare scriberetur Mariæ genealogia: quandoquidem tunc,
puta in initio fidei, nemini ex fidelibus erat hæc ignota.

Jacob autem genuit Iosephi virum Mariæ, de qua natus est
Iesus, qui vocatur Christus.

Vt paulò ante dixi, satis probatur hic & alijs Euangelicis testimonij, Matth. 2.
Ioseph esse filium Dauid. Sed quid hoc ad Christum, qui ex Ioseph non ^{Lucas 1. 2.}
est natus? Oportebat igitur Mariæ genus deduci, quo vnde Christi ve-
niret genealogia, constaret. Verum Hieronymus, omnesque alij tra-
dunt consuetudinem non esse scripturarum, vt mulierum generationis or-
do contextatur. Ideo omisis aliorum opinionibus, quæ in varijs autoris Generatione
bus alia atque alia reperiuntur, vnius dicam opinionem, qui dicit, Mat-
thæum carnalem generationem, naturalemque descriptisse. Idcirco poslu-
ceat, ait, patrem naturalem Ioseph Iacob: cæterum, Lucas alio posuerit re-
spectu patrem Ioseph Eli, seu Elich. Syris namque & Agyptijs idem esse ^{st. Luke 1.}
nomen volunt Elich, & Eliakin, & Ioachin. Dicit itaque autor ille testimo-
nio vtens Philonis, Eli, sive Elich eundem fuisse quem & nos Ioachin pa-
terem naturalem beatissima Mariæ dicimus Virginis: dictum verò à Lu-
ca patrem Ioseph, non quidem secundum carnem, sed iuxta legem seu con-
suetudinem, quia Ioachin sive Eli pater fuit Mariæ coniugis Ioseph. In eodem
autem tibi attinet gradu pater coniugis tuæ, aliasve cunsanguineus, qui at-
tinget tuæ coniugi. Pater itaque coniugis tuae, pater est tuus. Si igitur Eli, qui
idem est, quem nos vocamus Ioachin, propterea dictus est pater Ioseph à
Luca quia ille pater fuit carnalis coniugis Ioseph beatæ Mariæ: tunc certum
fit, quomodo Maria ex Dauid per Nathan descendenter, Ios. ph. verò per Sa-
lomonem: quorum vterque de tribu est Iude, & filius ex semine Dauid,
Testatur autem Ambrosius quoque verè Christum descendisse per Na-
than qui legitimus filius fuit naturalisque Dauid ex Bethsabee, non ^{Ambros.}

sacerdos, sed cui ut principi eiusque successoribus commis-
sus erat ordo sacerdotum, haberetque respectum
super eos, ne quid iniqui moliren-
tur contra regem.

IOAN. LANSP. CARTHVS. SERMONES
SERMO IN EADEM SOLENNITATE.
*Quid originale sit peccatum, quantumve noceat: à quo beatu-
est Virgo Maria præseruata.*

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Canticorum IIII. Ne-

mini verba hæc iustius applicantur, quām beatissimæ virginis Mariæ.

Quippe, quæ sola inter omnes creaturas tota pulchra est, sola ex omni

parte candida, adeo ut nulla sit in ea macula. Leguntur igitur hodie merito

de ea in illius laudem hæc verba. Si quid em hodie concepta est: quæ cō-

ceptio in omnibus hominibus alijs est immunda. Omnes enim cōcipimus

filij iræ & in peccato originali: à quo nisi mundemur, non videbimus Deum

nec eius beatitudine perfruemur. Ab hoc tamen defectu singulari, diuinog̃

priuilegio exempta præseruataque fuit beatissima virgo Maria, ne incide-

ret. Et hæc ratio nobis est, & causa iucunditatis hodiernæ, qua illi decorum

hunc, pulchritudinem, puritatemque post Deum excellentissimam gratula-

mur, Deoque pro hac re gratias agimus. Itaque charissimi filij cum nunc dic-

cendum nobis sit, cuiusmodi hoc fuerit beneficium, præseruari ab originali

peccato diuinitus, ea propter quid originale peccatum sit, est primo inuesti-

gandum. Quapropter sciendum, quod benedictus Deus hominem creauit

rectum, quem secundum imaginem suam creans, secundum se etiam eundem

vestiuit virtute: quia inferiores animæ vires & concupiscentias omnes ple-

ne fecit obediens rationi. Ea propter si Adam non peccasset, nulla fuisset ne-

que in eo, neque in aliquo homine concupiscentia prava, nulla rebellio

carnis, nulla denique inordinata commotio sensualitatis aduersus spiri-

tum, aut rationi contraria. Non fuisset denique in homine aliquius ma-

li cogitatio, nulla mala voluntas qua læderetur proximus, aut ex alio

alius offendetur, nulla quoque repugniantia membrorum. Ideo ex nudi-

tate etiam nulla erit erubescencia, quia ibi inobedientiæ deerat turpitudo,

& concupiscentiæ, vnde erubescencia posset generari, libido. Et quamvis ne-

mo famem, sitiimve sensisset nihilominus tamen suo quisque tempore edens,

seruante hac originali iustitia, nec perturbationem sensisset, nec ægritudi-

nis nem. Neminem villa creatura læsisset, non aer, non ignis, non aqua, non be-

stia, aut quodcumque aliud. Omnia enim obedissent homini, & homo obe-

disset in omnibus Deo.

Hoc itaque præclarum donum originalis iustitiae accepérat Adam pro se

& pro posteris suis. Quod quomodo pro se, suisq̃e successoribus cunctis

acepit, ita prævaricando præceptum diuinum, pro se, pro suisq̃e omnibus

iterum, amígit, non aliter, quām si quis comitum immunitate aliqua aut

priuilegio donatus fuerit pro se suisq̃e hæredibus: sed si postea Domino

suo, perfidus fuerit inuentus, amittit iterum pro se suisq̃e hæredibus priu-

ilegium quo fuerat donatus. Quapropter peccatum transgressionis in Ad-

am licet actuale fuerit peccatum, in nobis tamen illud non est actuale, sed

originale, quod per generationem in nos, hoc est, de uno in unum trans-

funditur, omnesq; illius efficiuntur peccari, quantum ad priuationem ori-

ginialis iustitiae attinet, participes, quotquot humanæ sumus naturæ confor-

tes. In hoc peccato concipiuntur omnes, vt David testatur: *Ecce enim in qui-*

taribus onus tuum, & in peccatis concepsit me mater mea. Est igitur originale

peccatum

Ephes. 2.

Concep-
tio-
nis
featum
celebrandi
ratio
quæna-
dat.

Sapien. 2.

Ecccl. 17.

Iustitia ori-
ginalis pri-
mo homini
data quam
præclarum fue-
rat donum.

Quanta bona
per peccatum
originale ho-
mo amiserit.

Psalmus 50.

IN FESTO CONCEPTIONIS B. MARIAE.

peccatum, defectus aut priuatio originalis iustitiae, quam habere debet homo, & non habet: hoc est, quam natura humana quidem accepit, sed de-
merito suo, hoc est, per primum peccatum in natura humana commissum, ^{Peccatum originale quid.}
iterum amisiit. Quotquot enim nascimur communī lege, nascimur filij ira, ^{Ephes. 2.}
non habentes originalem iustitiam, quam deberemus habere, ut pura in A-
dam nobis, hoc est, natura humana datam. Itaque non habere quod debe-
mus habere id ipsum dici potest originale peccatum. Quod licet ex priuati-
one sit originalis (vt dixi) iustitiae, non tamen peccatum originale hunc so-
lum nominat defectum originalis iustitiae, qua eremus, sed affectionem
etiam nominat malam, pronitatem ad malum, peccandi libidinem, tardi-
tatem, grauitatemq; ad bonum atque concupiscentiarum, & vitiorum om-
nium fonte, omniumq; malorum scaturiginem, quæ in carne nostra la-
tentia inde promanant atque pullulant, ob originale iustitiae defectum, ^{Peccatum originale quid.}
seu originale peccatum. Quod quidem peccatum nobis in baptismo ita nam remit-
remititur, vt non imputetur à Deo parvulo, aut alteri baptizato, quod tauri in bas-
timo. ^{tauri in baptismate.}
iustitia careat originali, aut quod infirmitatem, rebellionemq; carnis, con-
cupiscentiarumq; sentiat importunitatem. Quo fit, vt non solum nihil da-
minationis propterea sit his, qui sunt in Christo Iesu baptizati, sed etiā gra-
tiam Dei, innocentiaq; recipiant vestem, submersis, defectisq; omnibus pec-
catis eorundem in baptismo: Ibi enim omnes Christi redempcionis effici-
cimur participes: Ibi filii adoptionis efficiuntur Dei, filii gratiæ, filii lucis,
membra Christi, hæredes Dei. Non ergo nobis in Christo baptizatis no-
cer, quod defectus in nobis manet originalis iustitiae, quem defectum ori-
ginalis peccatum vocamus quodvis in ordinatarum concupiscentiarum, vi-
tiorumq; sentimus multitudinem, motuumq; iadomitorum rebellionem:
qua tamen nos à Deo separarent, si in peccato illo originali, puta non ba-
ptizati, aut non in Christum credentes moremur. Secundo, sciendum, homini ex o-
ex peccato originali nobis evenire grauia: Primum est, obligatio ad dāna-
tionem perpetuam. Quicunque enim in peccato mortuus fuerit originali, ^{Mala quid.}
huic clausum est regnum cælorum æternæq; damnatione separatur à Deo. Pro-
inde Paulus, *Erasmus*, inquit, *natura filij ira sicut ceteri*. Porro, filij ira quid
sunt, nisi filij perditionis? Hoc malum tollitur nobis per baptismum. Tol-
lebat quoque in veteri lege per circuncisionem, & in lege naturæ par sa-
crificia & per fidē. Nunquā enim defuit mundo remedium contra origi-
nale peccatum, quo efficerentur homines filii gratiæ atque amici Dei. Nullū originale, si-
tamen erat ante Christi passionem remediu, quod reconciliaret Deo natu-
ram humanā, nec B. Virgini quidem (qua sine peccato concepta est originali),
quia præseruata est ex dono Dei singulari ab originali peccato, quod, nisi
præseruaretur, incidisset) nec cuius sanctorum pateret regnum cælorum,
antequam Christus debitum omne per Adam, pro nobis & pro vniuersa
natura humana, in qua peccatum erat, soluisset. Non debet autem cuipiam
hoc iniustum videri. Si quidem si Adam non peccasset, profuissest nobis
etiam omnibus ad seruandam originalem iustitiam, illius bona volun-
tas, Idcirco pari ratione nobis quotidie obest peccantibus Adx mala vo-
luntas, non fecus. atque ex hæredato patre necesse est filium ex hæredari. ^{Ezech. 18.}
Habet autem hoc locum in originali peccato tantum. Si quidem de alijs

peccatis, neque parentes pro filiis, nisi criminum sint eorum participes: quia anima que peccatum commiserit in ipso morietur. Pater enim non portabit iniquitatem filij, neque filius portabit iniquitatem patris. Verum, ut dixi, in originali peccato, hoc est, in exhortatione originalis iustitiae, filii pati habent in parentibus. Secundum malum, quod ex peccato nobis relinquitur originali, concupiscentia est carnis aduersus spiritum. Hæc esti peccatum non sit, Iacob omen teste, ex peccato est, & ad peccatum prouocat, imo peccatum, si ei consentiatur, gignit. Quo sit ut in scriptura non raro peccatum nominetur. Sic enim Paulus hunc carnis languorem, non semel peccatum vocat, Augustinus quoque concupiscentiam ait nobis dimitti, non ut non sit, sed ut non imputetur. Ex hac autem concupiscentia prava, oritur continua ad mortem usque hæc nobis pugna quæ est inter carnem & spiritum, de qua Apostolus conqueritur dicens: *Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem ligamenti meo, & captiuantem me in lege peccati.* Et ad Galatas: *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non quæcumque vultis, illa faciat.* Hæc concupiscentia non tollitur nobis usquequam, sed minuitur bene, & Dei gratiæ adiutorio confortamur, ne vim nobis possit inferre, nec sine voluntatis nostræ assensu nobis nocere.

Tertium est malum, ignorantia. In magna enim scientia creatus fuit Adam, omniumque rerum notitia plenus, quippe qui iuxta proprietates singularum animalibus nomina posuit. Nos vero à sublimi scientia illa excidentes, parum nouimus. Nullam enim substantiam in propria essentia, sed ex accidentibus tantum cognouimus.

Quartum malum est, ex originali peccato manans, mors, & post mortem corruptio, incineratioque. Nam ut sapiens ait. Non fecit mortem Deus, nec lætatur in perditione viorum. Si ergo Deus non fecit mortem, unde, nisi ex peccato, venit? Inducit itaque originale peccatum, non solum mortem, sed & poenas, infirmitatesque, famem, sitiim, fatigationem, dolorem, tristitiamque inordinatam, & id genus incommoda multa: post mortem vero purificationem, & incinerationem, iuxta Dei maledictionem Ad datam, dicentes: *Qui apud uos est & in puluerem reverterit.* Tertio, mirandum non est hominem baptizatum, & à peccato originali mundatum, concipere gignere in peccato originali: quia quod pater aut mater gignit, non est ex substantia gratiæ, sed ex substantia naturæ vitiatæ. Quare hæres sic ut efficitur per patrem naturæ (ut ita dicam) ita non potest esse aliter de lege communis, quam hæres naturæ vitiatæ. Quod enim caret pater originali peccato per baptismum, est diuinæ gratiæ, quod vero ex eo nascitur filius est naturæ. Hoc autem locum non habet (ut supra dixi) in solo originali peccato. Quomodo enim personalis virtus, probitasve patris non derivatur in filium, ita nec iniurias personalis, puta furtum aut homicidium. Contra vero, si originalem iustitiam Adam tenuisset, hanc in omnem posteritatem transfuerisset. Nunc vero quia amisi non sibi tantum, sed omnibus quoque nobis, hoc est, vniuersæ posteritati sua amisi. Generat igitur regeneratus in baptismō filium in originali peccato, ut dixi, quia ut Augustinus ait, Iudeus circuncisus generat filium non circuncisum. Et palea licet magno sit labore separata à grano tritici, si tamen in terram projiciatur tritici granum, non triticum.

Augustin.

Ibidem.
Concupis-
tia carnis ex
peccato ori-
ginali
Iacob. 4.
Rom. 5. 6.
Galat. 5.
Augustin.

Roman. 7.
Galat. 1.

Igorantia.
ex peccato o-
riginali.
Gen. 2.

Mors. & cor-
ruptio homi-
nis unde.
Sapien. 1.

Gen. 3.

Augustin.

eritum producit sine palea, sed cum palea. Sic aliud est, tam pater, quam mater per Dei gratiam, iuxta quam non ex illis nascitur proles, aliud est per naturam, iuxta quam generat prolem. Quare, quia ex omnibus diuina bonitas elicit bonum, noluit per baptismum nos ita ab originali liberari peccato, ut nullae huius in nobis molestiae, nullae reliquiae manerent, sed, peccato. quæ dixi mala superiora, primo excepto, in nobis reliquit ad virtutis exercitium, ut inde coronaremur à Deo: vnde astutia, inuidiaque serpantis fibi voluit nos subiucere, cælestique priuare hereditatem. Quinto, sentendum est firmiter que tenendum, beatissimam virginem Mariam conceptam esse fine originali peccato. Sanctus namque Ioannes baptista, S. Hieremias concepit quidem sunt in originali peccato, sed in utero ante suum purgari seu sanctificari, quam nati. Quare beatissimam Dei matrem singulare atque maiori priuilegio decuit sanctitatis ac puritatis illustrari, non ut purgaretur ab originali peccato, sed quæ ne contraheret illud, præseruaretur. Dixerat enim Dominus de beatissima hac virginे serpenti, hoc est, diabolo: *Inimici tias ponim inter te & mulierem, & inter sementum tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum & tu insidiaberis calcaneo eius.* Quomodo beatissima hæc virgo contriuisset caput serpentis huius, si vel ad momentum serpenti, hoc est, diabolo per originale peccatum subiacuisse? Absit absit, ut bearissimam Dei matrem, ne ad momentum quidem filiam dicamus aliquando fuisse diaboli, filiamque iræ. Quomodo enim dici posset in matrem Dei ab æterno electa, si aliquando diaboli fuisse ancilla? Non hoc passus est, in sua dilectissima matre Deus, Dei & virginis filius. Propterea B. Hieronymus de beatissima virgine loquens, ait. Nulli dubium est de matre Domini, quia talis debuit esse, quæ non possit argui de peccato: quandoquidem ad ignominiam non modicam id vergeret Christi: quin potius decebat maximè (vt verbis D. utr. Anselmi) ea sanctitate, ea puritate nitere hanc virginem, quæ Christum Dei Filium conceptura erat & paritura, qua maior sub Deo non posset intellegi. Nequaquam igitur Dei mater, nequaquam regina cælorum, angelorum domina, nec ea quæ dæmonibus est terrori ac formidini, existimanda est in originali fuisse peccato concepta. Eua in sua creatione omnis macula expers fuit ac virtus. Num Eua inferiorem putabimus Mariam, vt illam dicamus sanctam, hanc dicamus in originali peccato conceperam? Aut quomodo eam præ ceteris dicemus mulieribus benedictam, si eam ceteris æquamus? Quomodo est inquam præ omnibus benedicta Maria, si in peccato concepera est, aut si eius ortus, quam Eua fuerit immundior? Absit igitur, vt in Eua præferamus imaginem ac figuram veritati. Nihil enim nisi figura beatissimæ Mariæ fuit Eua. Sed quomodo quis dubitare possit de beatissimæ virgine ab initio & ante secula in Dei matrem electa, quin illius conceperio nuda fuerit & sine peccato? An plus non valet gratia, quam natura? Sunt sanctorum, sunt quoque scripturæ sacræ sententiae quadam generales, 1. Reg. 1. quod nemo nascatur, nemo vivat sine peccato. Esto, lex communis est. An Deus non potuit, quem voluit a lege communi eximere? An matrem suam non potuit priuilegio singulari honorare? Si eam in multis alijs exemit, quomodo hic eam neglexit? Naturæ visitatum non est nec consentaneum, Mariam matrem tuæ quibus priuilegij singula-

*Reliquie ms.
la quænam
rei mā'criat
ex originali
peccato.*

*Mariam sine
originali
peccato co-
ceptam esse.
Lucas 1.
Hieremias 1.*

Gen. 3.

*Nec ad mo-
mentum qui-
dem beatam
Mariam sub-
iacuisse pec-
cato origi-
naris.*

Hieronym.

Anselmus.

Gene. 2.

Lucus 1.

*Maria vir-
ginis.*

1. Reg. 1.

Nonne

8. 3.

ribus Deus. Nonne cunctis mulieribus dictum est à Deo, *In dolore paries filos?* Maria tamen peperit virgo, non in partu dolorem, tristitiam ve sensit. Nonne homini dictum est, vniuersoqüe generi humano, *Quia puluis es & in puluerem revertere?* Maria tamen non sentit corruptionem. *Eius namque sacratissimum corpus non decuit incinerari, nec etiam putreficeri potuit, quæ neque conceptu, neque partu est violata.*

Si igitur in alijs multis à communi lege aliorum sanctorum est exempta, & decorata priuilegio singulari, quare non etiam præseruata est à peccato originali præalijs? Nihil enim Deus intermisit in ea, quod ad venerationē, ad cultum, ad honoremq; spectaret suz sanctissimæ matris. Si igitur non præseruasse tam, hoc ideo esset, vel quia nollet, vel quia non posset, aut quia non congrueret. Nullum horum hic

habet locum. Congruit maximè dignissimam omnium creaturarum, proximam post Christum Deum, honore singulari atque excellentiiori affici. Dicitur quoque Christum innocentissimam, immaculatissimamq; matrem habere. Conguebat eandem quoque (quibus potuit creatura modis ornari) virtutum, puritatisq; excellentia, omniq; genere sanctitatis honorari à filio: quæ tanta esset, vt non posset esse in creatura præstantior, nec sub Deo intelligi maior. Congruit igitur non solum hoc Christo, vt matrem suam seruaret mundam ac sanctam, verum etiam ita suæ matris facere debuit, ita facere potuit, ita voluit: & quod nostrum est constanter credere, ita fecit. Nos igitur filij charissimi veneremur hanc virginem, ipsam diligamus, imitemurq; eius puritatem ac sanctitatem. Scimus enim Christum dixisse, dum à quadam illi nunciaretur, matrem ipsius & fratres foris stare: Qui sunt fratres mei, & quæ est mater mea: Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, hic meus frater & mater, & soror est.

Si ergo qui voluntatem Dei faciunt, Christi sunt fratres, sorores & mater, videte quomodo non solum filij Mariæ efficiuntur, iphius vitam imitando: nec filij tantum sumus Christi nos confirmingo vita Christi: sed esse possumus etiam Christo & soror & frater & mater, si fecerimus quæ beneplacita sunt eius Patri. Quo manifestum fit, Christum non tam amare coniunctionem sanguinis, quam voluntatis. Studeamus igitur virtutes beatissimæ virginis imitari, & ejusdem quibus ipsa placuit Deo placere, pura humilitate profundissima. Ipsa enim de excellentissimis, multifarijsq; donis Dei nihil sibi ascripsit nihil sibi arrogavit, sed liberam ab omni se gloriatione continuit, patientia mitissima & constans. Ipsa enim patientissimam, mansuetissimamq; se exhibuit, & ab omni rancore, & amaritudine alienam erga eos, qui filium suum persequebantur, aut crucifigebant se seruabant. Charitate denique & temperantia, paupertate quoque spiritus, & virtus discretionis emicuit. In quibus omnibus se speculum exhibuit sine macula, quod imitemur, in quo Christum contemplemur, in quo Christum laudemus, Christo gratias agamus, qui nobis huiusmodi matrem dedidit reginam misericordiæ piissimam, clementissimam, quæ: cui sit honor, laus, virtus & gloria in secula seculorum, Amen.

Quomodo
filii effici-
musr B. Virg-
inis Matix.

Virtutes B.
Mariz nobis
imitanda
quæ sunt.